



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Missi
tem
rum
Ele-
bat
ad
æfa-
cta-
erat
tam
iam
set,
† se
hic
ida-
ar-
æ-
ena
abi-
on-
luf-
che
an-
Sic
eps
eu-
jus
it,
tia
us
ius
m
citius Erfordiam , quam Moguntiam secu-
ritati suæ , & mœnibus (a) restituit. Intro- *Introduci-*
duxit (b) † etiam milites , quibus compa- *tur præsi-*
ratis à civibus & clero fundis , domos e- *dium ab E-*
rexit , & laudabili exemplo posteros mo- *lectore.*
nuit , ne unquam sine justo præsidio civi-
tatem relinquerent , quod posteà negle-
ctum extremis calamitatibus omnia invol-
vit.

* (c) Comitia à Cæsare † anno hujus sæ-
culi septuagesimo erfordiæ celebrata : tur-
batus Italiæ status & Palestinæ periculum
in consilium trahebatur. In ipsa æde B.
M. Virginis Ludovicum equitem crebat
(d) Henricus Leo, Saxonum Dux, bellicosus:
Cæsaris Æmulus, comitii sententiâ proscri-
bebatur. Biennio post Urbs hæc in paro-
chias † distributa, (e) cum anteà sola B.
M. V. esset omnium parochialis. Alia ve-
rò facella à nobilibus terræ , qui à Wilhel-
mo , aliisque successoribus introducti
in Urbe & agris habitabant , constructa
sunt. Paulò * (f) post fulgure † pons mer-
catorum incensus , & à curia ad monaste- **MCLXXV*
rium Scotorum omnia flammis consump-
ta. Simili strage cœnobium D. Petri cum
fanø

XIV.

* MCLXX.
Comitia
Erfordiæ
habita.

*Vrbs distri-
buta in pa-
rochias.*

- (a) Bruschius *d.loco*, & *de Episcop.tit.ac Diaç. Card.*
(b) MS. *Chronicon Erfurtense* & *Chytraeus in Chron.Sax.*
(c) Vide *assertionem juris Mog.* pag. 18.
(d) MS. *Chronicon Erfurtense*.
(e) *Chronolog.Bucholt. MS. Bibliotheca Cæsarea Vindobonensis*, sed
MS. *Petrense ad annum MCLXXXII. differt.*
(f) MS. *Chronicon Erfurtense*.

fano Severiano in cineres abiit : (a) nam ortum in domo Canonici incendium omnia montana cum Brûleto corripuit. Creditur milites Friderici succendisse, offensi clericis, qui pro concione Cæsarem Banno Pontificis innodatum continuo traduxerant.

XV.

* MCLXX

VII.
Bellum inter
Mogunti-
nū & Land-
gravium.

* MCLXXX

* Non suffecit interna calamitas f quippe Ludovico IV. mortuo filius ejusdem nominis V. successit, & ne degener à majoribus videretur, jura sui patroni invalidit, sed irrito successu, nam Christianus Archi Präful non pedum ferre solum assuetus, sed victorem gladium per Europam circumtulerat, igitur hostem ita repressit, ut interveniente Cæsare (b) pacem iniret. * Non erat illa diuturnior ipso metu : vix enim in Italia Christianus morbo extinctus, & sibi omnem Thuringiam Landgravius pollicebatur. Revertit illinc ad sedem suam Conradus, (c) à clero & populo humiliter receptus : nec Cæsar restitit pontifici conciliatus. Sed & hoc in adversario virtutem invenit Ludovicus, præterea memoriam acceptarum à parente injuriarum, quas vindicare sublimes natales, nam è Palatino Principe natus, urserunt. Jacta belli alea : cui ut propior esset Conradus, Erfordiam ingreditur. Cives non priore fortunâ territi se suaque pro Domini inco-

(a) M.S. Petrense.

(b) Chronicon MStum Erfurtense, & quædam Thuringica.

(c) Vide Serarium in Conrado & Christiano.